



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Hermanni Hamelmanni, S. S. Theol. Licent. & dum viveret  
Superint. Oldenburgici, Opera Genealogico-Historica, De  
Westphalia & Saxonia Inferiori**

**Hamelmann, Hermann**

**Lemgoviae, 1711**

**VD18 11397225**

Catalogus librorum ab Herm. Hamelman. Consriptorum,

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56092)

Catalogus librorum ab Herm. Hamelman.  
Conscriptorum,

**THEOLOGICI.**

- I. **C**ommentarius in Pentateuchum.
- II. De Mysteriis, figura, typo & significatione  
cœlestis panis.
- III. Conciones decem de Mysteriis, usu & fructu pas-  
sionis, vulnerum & mortis Domini nostri Jesu  
Christi. Anno 1578. impressæ Hamburgi in 8vo.
- IV. Duo tractatuli Lud. Vivis de tormentis & morte  
Christi.
- V. Rythmi & dicta sententiosa patrum : item Precati-  
unculæ ad explicandum Dominicæ passionis My-  
sterium. Marpurgi Anno 1570.
- VI. Solidæ rationes de meditatione passionis Dominicæ  
semper expendendæ. Hamburgi 1579.
- VII. Duæ conciones de Angelis & S. Michaële pugnante  
pro suis contra veterem serpentem Diabolum.
- VIII. M. Hæckeri de origine, artibus insidiis Caco-dæmo-  
nis ab Hermanno Hamelmanno auctus, & theatro  
diabolorum insertus, tum vero separatim editus  
Francof. ad Mœnum.
- IX. De conjugio brevis tractatus Oldenb. 1574.
- X. De conjugio sacerdotum brevis dialogus interlocu-  
torius suffraganeo & diacono Tremonæ 1582.  
Cum Verbi divini ministrum egerit in Ecclesia Ser-  
vatiana apud Monasterienses in Westfalia.
- XI. De salutari præparatione ad mortem Wittenb. 1595.
- XII. Tractatus aliquod de conditione vitæ æternæ : (1) De  
sanctorum immensa lætitia & suavissima Jubila-  
tione

- tionem in cœlis, (2) an sancti se mutuo agnoscant in cœlesti gaudio. Lemgoviaë 1590.
- XIII. Tractatus de quatuor novissimis, morte, extremo Judicio, vita æterna & inferno Anno 1592.
- XIV. De placida sanctorum morte & suavi ex hac vita excessu, & quid sentiendum sit de iis qui subitaneâ morte corruunt. Lemgoviaë 1590.
- XV. De traditionibus veris falsisque. Francofurti Typis Petro Brunbachio An. 1556. NB. Allegatur à Domino Quenstedio in Dialogo de patria illustrium Virorum, ubi Hamelmannum *multa lectionis vocat Theolog.* Wittenb. Ao. 1659. lib. 4. p. 206.
- XVI. De patribus Ecclesiasticis eorumq; scriptis & erroribus. Francofurti apud Brunbach. 1555.
- XVII. De Confessione Augustana sententiæ patrum. Marpurgi.
- XIIX. Quod omnium ætatum patres locuti sint: Nos sola fide justificari. Vide historiam renati Evangelii Hamelmanni, cum præfatione Philippi Mel.
- XIX. Tractatus de S. Eucharistia & Controversiis inter Pontificios & Lutheranos hoc de articulo agitat, ubi de vero Christianorum artificio, de privatis Missis, de utraque specie, de repositione ad adorandum sacramentum &c. agitur Francof. 1556. apud Brunbachium.
- XX. Theses de S. Eucharistia, ex modo dicto prolixo ac luculento tractatu Francofurti impresso, Excerptæ, & Rostochii pro impetranda doctoratus honorum Licentia Anno 1558. d. 1 Julii sub præsidio Doctoris Chytræi publicè ventilatæ. Vid. historia ejus Renati Evangelii in Comitatu Ravensbergico.
- XXI. De autoritate Synodorum Wittenb. 1554.
- XXII. De quadragesima scriptum oppositum Gerharo Ro-

- Rodekenio, Lemgovia 1560. & contra eundem scriptum Germanicum de utraque specie, editum Islebiae 1569. per Henricum Petri.
- XXIII. De Sacramentariorum furoribus portentosis & seditiosis conatibus historica narratio A. 1581.
- XXIV. Dicta patrum & vel quadraginta Testimonia S. Chrystostomi de praesentia Corporis & sanguinis Jesu Christi in S. Coena. Islebiae Anno 1561.
- XXV. S. Gregorii Nysseni, de praesentia Corporis & sanguinis Jesu Christi in S. Coena dicta clara & perspicua. Rostochii 1576.
- XXVI. De Majestate & sessione ad dextram Dei Corporis gloriosi & de statu glorificatorum. Rostoch. Anno 1576.
- XXVII. Tres Synodi SS. Patrum de praesentia Corporis & sanguinis J. C. in sacra Coena, partim Tremoniae partim Hennicopoli excusae.
- NB. Hos quatuor tractatus Ao. 1578. Jenae conjunctim excudi fecit D. Nic. Selneccerus.
- XXIIX. Responsio ad dicta patrum Veteris T. Ecclesiae, S. Augustini, Grilli, Leonis, Fulgentii, qui pro sua assertatione, quod Christus homo sit in loco, asserunt — Lemgov. 1568.
- XXIX. Contra Genevenses & Tigurinos Sacramentarios ad Illustrem Comitem Swartzburgicum.
- XXX. Contra eosdem ad amplissimos Consules & Senatores civitatum & oppidorum Comitatus Swartzburgici.
- XXXI. Rationes & argumenta, cur Sacramentarii in colloquio publico posterioris admonitionis jam non sint amplius audiendi, sed potius pro haereticis habendi. Lemgov. Anno 1580.
- XXXII. De ambiguitatibus & technis.
- XXXIII. Judicium Herm. Hamelmanni de impio scripto, quod

*Vita H. Hamelmanni Theologi.*

- quod nomine Orthodoxi consensus, Tiguri in Helvetia prodiit: Lemgov. 1580.
- XXXIV. De Imposturâ, fraudulentâ, depravatione atque falsitate Pezelii Bremensis & omnium Sacramentariorum: Tübingæ 1592.
- XXXV. Brevis & simplex demonstratio quod Christophorus, Pezelius Theologus Bremensis, evertat pervertatque, universa claraque patrum dicta. Jenæ 1594.
- XXXVI. Responsio ad maledictum Anonymi alicujus scriptum, quod à scelerato Typographo Matthæo Harnisch impressum 1584.
- XXXVII. Acta Colloquii Jeverensis cum Sacramentariis & Anabaptistis quibusdam, in illâ ditione autoritate publica instituti. Anno 1579. Lipsiæ.
- XXXVIII. Declaratio articulorum fidei ex formulâ concordia, citatur à D. König in sua bibliothecâ veteri & nova & Micrælio l. c.
- XXXIX. De Imaginibus & picturis in Christianorum templis admittendis, Lemgov. 1590. apud Grothianos.
- XL. Confutatio erroris Zwingliani ex antiquis Doctoribus, Luthero, Philippo Melanchtone, Urfellis. 1571. Genevæ impressæ.

HISTORICI.

- I. **H**ermanni Hamelmanni Commentariolus de populis olim in Westfalia habitantibus 1564.
- II. **H**. Hamelmannus de Antiquæ Westfaliæ ducibus, principatibus, comitatibus, & Dominiis Westfaliæ brevis relatio: 1564.
- III. Delineatio urbium & oppidorum in Westfalia 1564.
- IV. **H**. Hamelmannus de quibusdam Westfaliæ viris, qui explosa barba-

*Vita H. Hamelmanni Theologi.*

- barbarie, puritatem Romanæ linguæ toti Germaniæ attulerunt, oratio. 1563.
- V. Ejusdem relatio illustrium, scientiâ virtute pietate & scriptis virorum qui vel Westfali fuere, vel in Westfalia olim vixere, vel inde oriundi, aliis in regionibus claruerunt, præsertim Viri Lippienses, Monasterienses, Osnabrugenses, Paderbornenses, Mindenses lib. 17. 1565.
- VI. Ejusdem oratio sive relatio historica, quod hominibus Westfalibus potissimum debeatur, quod Latina Lingua & politiores artes in Germanum restitutæ sint 1580.
- VII. Herm. Hamelmanni Oratio in obitum Rudolphi Langii, Nobilis Westfali, Canonici Monasteriensis 1580.
- VIII. Herm. Hamelmanni Genealogia Ducum Principum Comitum & Baronum Illustrissimæ Westfaliæ lib. 3. Mentio quidem ab auctore facta sex librorum, ast tres posteriores nondum lucem adspexerunt 1582.
- IX. Illustrissimorum Ducum de Berga res gestæ ac historia.
- X. Illustrissimorum ac Generosissimorum Comitum de Marcka res gestæ ac historia. 1564. & 1565.
- XI. Chronicon Monasteriense
- XII. Chronici Osnabrugensis libelli duo
- XIII. Epitome Chronici Osnabrugensis
- XIV. Chronicon Mindense
- XV. H. Hamelmanni relatio de familiis emortuis Principum, Comitum Herorum & Illustrium Familiarium Westfaliæ lib. 3. In Chronico Lippiensi sex allegantur, sed posterioris tres hætenus non visi, quoniam author morte præventus.
- XVI. Historia Ecclesiastica Renati Evangelii per Westfaliam, ubi etiam de vicinis superioris Saxonix urbibus ac provinciis agit, historiamque Reformationis immiscet lib. 3. Posterioris tres inediti mansere. (30)
- XVII. De Aula Cliviensis, Juliacensis, Montensisque Ducis, Comit

} 1564.

(30) In Epistola dedicat. Historiæ Ecclesiasticæ hæc leguntur verba: Censebam mihi jam Cano & Ministerium Ecclesiasticum ultra 56 annos exercenti, propediem moriendum esse, ideo semper optavi & adhuc opto, ut saltem aliqua hujus nostræ historiæ partes, si plane non omnes, ante meum ex hac vita discessum, in publicum prodirent.

*Vita H. Hamelmanni Teologi.*

- tis de Marca & Ravensberg Johannis patris, & deinde filii  
Wilhelmi, & quomodo illa affecta & dedita fuerit Religioni  
veræ, & quomodo à Renata Evangelii Luce, in Germania  
usque ad annum 1567. se gesserit brevis explicatio.
- XXVIII. De certaminibus in illa aula, & in præfecturis ibidem subdi-  
tis isti Duci motis : item in urbe Lemgovienfi ante Inte-  
rim obortis.
- XXIX. De renato Evangelio in Ecclesia Vefaliensi, Lippiensi, & Su-  
fatenfi. Authore Hermanno Hamelmanno.
- XX. De actis Ecclesiasticis in urbibus Ducatus Bergensis & Comi-  
tatus Marcani, Comitatum Westfalix & finitimorum.
- XXI. Historia Ecclesiastica renati Evangelii in Urbe VVestfalix Of-  
nabrugga & per ditionem Osnabrugensem. Authore Her-  
manno Hamelmanno 1554.
- XXII. Historia renati Evangelii, deinde Schismatum Hæresumque  
Anabaptistarum, exortarum in urbe Monasterii VVestfalix,  
Explicatio ex variis auctoribus collecta.
- XXIII. Ecclesiasticæ historiæ de renato Evangelio in Oppido Alen-  
si, ditionis Monasteriensis, brevis Explicatio.
- XXIV. Ejusdem historia Ecclesiastica in Minden, urbe VVestfalix.
- XXV. Ejusdem relatio brevis Ecclesiasticæ historiæ de renato  
Evangelio in urbe Paterbornensi, ubi & de Colonienfi  
Ecclesia & pio Episcopo Hermanno de VVeida agitur.
- XXVI. Quæstio historica politica, An princeps secularis in Synodis  
possit præsidere, concludere, sententiam dicere, eaque con-  
vocare & gubernare.
- XXVII. Hamelmanni Apologia pro Westfalia, contra Justum Li-  
psium.
- XXVIII. De vero usu Monasteriorum & collegiorum, in quo demon-  
stratur nil aliud fuisse olim quam Scholas : Marpurgi 1569.
- XXIX. Chronicon Oldenburgense lingua vernacula conscriptum,  
& post obitum Authoris Anno 1599. auspiciis Illustrissimo-  
rum Comitum Oldenburgensium editum.